

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Quintus De Praedestinatione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

care, quippe quibus providentia eius abnegatur; Matth. VI, 25 - 34. Luc. XXI, 34. Phil. IV, 6. Tob. IV, 22. (5) contra ea nos et omnes res nostras Deo eiusque providentiæ committere, Psalm. XXXVII, 4. 5. 1 Petr. V, 7.

§. VIII.

Quid solatii hinc habent fideles?

Solacium nostrum, (1) quod sine consilio et voluntate patris nostri cælestis nihil nobis accidere possit, Matth. X, 29. (2) quod omnia in utilitatem nostram convertantur, si in amore Dei maneamus, Rom. VIII, 28. (3) quod Deus nos non sit deserturus, neque derelicturus, sed nostri curam ipse gesturus, si quidem eam omnem in ipsum reiecerimus, Hebr. XIII, 5. 6. (4) quod, quum heic sæpe sint penitus recondita eius iudicia et abstrusæ rationes, posthac secreta gubernationis eius, in Dei nostri gloriam, et sempiternam nostram lætitiā cognituri simus.

ARTICVLVS QVINTVS

DE

PRAEDESTINATIONE.

§. I.

Quodnam tertium opus primæ personæ?

Tertium opus, quod Patri, tamquam primæ diuinitatis personæ, tribuitur, est electio siue *prædestinatio*, de qua proinde iam agendum est.

§. II.

§. II.

Ad recte intelligendum hunc articulum, omne Dei consilium de negotio salutis nostræ considerari oportet.

Ad recte
intelligen-
dum hunc
articulum
quid con-
sideran-
dum?

§. III.

Hoc consilium Dei de salute hominum spectandum est tam ratione voluntatis eius, ut vocatur, *antecedentis*, quam *consequentis*.

Secun-
dum quid
consilium
istud Dei
spectan-
dum?

§. IV.

In Deo quidem propter essentiæ simpliciter et immutabilitatem inter vtramque voluntatem nulla est differentia. Pro nostro autem cognoscendi modo voluntas Dei *antecedens* est, quæ æqualiter in omnes homines fertur, sine ullo eorum, ita vel se-
cus sese gerentium, discrimine.

Voluntas
Dei ante-
cedens
quid?

§. V.

Ad hanc Dei voluntatem *antecedentem* Ad hanc spectat: (1) Quod Deus omnes omnino homines lapsos ab æterno vniuersali, serio atque ardenti amore complexus est, salutis omnium ac singulorum cupidissimus, Io. III, 16. 1 Tim. II, 4. Vnde nullius hominis exitium expetit, Ezech. XVIII, 23. 32. vid. Gen. VI, 6. Luc. XIX, 41. (2) Quod Deus isto amore impulsus *Filium* suum pro omnibus *tradidit*, ut pro omnibus ac singulis satisfaceret, illisque vniuersis salutem ac-

Ad hanc
volunta-
tem ante-
cedentem
quid spe-
ctat?

qui-

quireret, Ies. LIII, 5. 6. Io. I, 29. III, 16. Rom. V, 18. 19. 1 Io. II, 2. 2 Cor. V, 14. *LVTHERVS* Comment. in Mich. c. II. Tom. IV. Witteb. fol. 577. a. (Tom. VIII. Alt. fol. 91. b.) „*Deus vult, Christum esse communem, thesaurum omnium.* „ (3) Quod Deus omnes homines ad salutem serio vocat et inuitat, eisque subsidia gratiae procurat et offert, quibus ad salutem, ab omni aeternitate ipsis ex amore destinata et a Christo acquisita, peruenire possunt. Quo tamquam naturalis quaedam paedagogia referenda est naturae humanae insita notitia Dei, Rom. I, 19. 20. 21. et conscientia, c. II, 15. speciatim euangelium de gratia Dei, Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI, 15. Luc. XXIV, 47. Rom. X, 14. 17. Col. I, 23. *LVTHERVS* Conc. in Gen. XXII. Tom. IV. Alt. fol. 145. a. „*Deus salutat omnes, pauci ipsi agunt gratias; nihilo tamen secius verum est manetque, omnibus ab eo benedici, hoc est, omnia eis offerri et proponi. Quod vero non omnes christiani efficiuntur, inde est, quod istam salutarem benedictionem repudiant, immo maximam partem persequuntur.* „

§. VI.

Voluntas
Dei con-
sequens
quid?

Voluntas Dei consequens est, quod Deus, quum certum ordinem constituerit, in quo (non extra illum) homines vult seruare, eos tantum, qui hunc diuinum ordinem ingrediuntur, ex gratia elegit, illos autem,

autem, qui ei malitiose et perseveranter repugnant, condemnat, Marc. XVI, 16.

§. VII.

De hac electione notandum, (1) esse De hac electione
eam factam ante omnem temporum æternita- electione
tem, Eph. I, 4. 2 Tim. I, 9. Tit. I, 2. Matth. quid no-
XXV, 34. (2) in Christo, Eph. I, 4. 5. 6. tandum?
2 Tim. I, 9. coll. 1 Petr. I, 20. Aët. II, 23.
(3) secundum propositum, 2 Tim. I, 9. Rom.
VIII, 28. Eph. I, 11. (4) intuitu fidei, quam
Deus in ordine veræ relapscentiæ operatur,
in sanctificatione confirmat, et sub cruce
explorat et probatam reddit, 2 Theif. II, 13.
Eph. I, 19. 20. Phil. I, 29. 30. cuius tamen
operationi homo morose potest resistere,
Matth. XXIII, 37. Aët. VII, 51. Ies. LXIII, 10.
(5) ad divinam adoptionem, adeoque ad sa-
lutem sempiternam. Eph. I, 4. 5. 6. Rom.
VIII, 29. 30.

§. VIII.

Itaque non omnes omnino homines ele- Num
cti sunt, sed vero non Dei culpa, sed suo omnes
ipforum vitio, Matth. XXII, 14. Hof. XIII, 9. omnino
homines
electi?

§. IX.

Præcipua quæstio in hoc articulo non Præcipua
est, an sit electio siue prædestinatio nec ne? quæstio
(id quod nemo negat) sed verum Deus ho- in hoc ar-
mines elegerit ex absoluto quodam decreto, ticulo
ideo tantum, quia ipsi ita placitum fuerit, quænam?
ut hic ille ad æternam salutem pertingeret;
an vero secundum *πρόγινωσιν*, prævisionem,
prou

prout nimirum viderit, hominem aliquando gratiæ suæ locum relicturum, Christumque fide apprehensurum esse? Quod posterius in sacris litteris adfirmatur, atque ex earum præscripto statuendum est.

§. X.

Quod-
nam hinc
nostrum
officium?

Officium nostrum secundum hanc doctrinam est, (1) ab omni rationis nostræ curiositate et temeritate, ut in omnibus, sic præcipue in hoc articulo, sollicitè nobis cauere, Rom. IX, 20. XI, 33. LUTHERVS Præfat. in epist. ad Rom. Tom. V. Witteb. fol. 100. b. „Nisi tribulationem expertus sis; „nisi ad portas inferni aliquando, ut in David et aliis sanctis videmus, ductum te senseris: non poteris hanc prædestinationis sententiam sine periculo et blasphemo quodam fremitu naturæ contra Deum tractare. Necesse est igitur, Adamum veterem primum esse mortificatum, sensum carnis detritum, lactantes in Christo primum adolescere, atque tam meracum hoc bibant. Nam et heic sua quedam pueritia, cui lacte interim opus est, dum solido cibo adsuescat. „ (2) Eo contendere, ut ratum efficiamus nostri vocatum atque electionem, et eo fine quotidianæ pænitiæ, viuæ fidei et sinceræ sanctimoniam operam dare, 2 Petr. I, 5 - 10.

§. XI.

Quod-

Solacium fidelium liberorum Dei ex hac doctrina est, (1) quod beneficio huius electionis